



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

XX. Ratiocinatio. Ex Statv Pontificio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DE CONIVG.

enim satis est, demonstratum esse, sacerdotum
Pontificorum iuramenta, quibus de obstrinxerunt
ad castitatem impossibilem, esse temerariam
& impiam, hoc est, contra verbum Dei.

Hoc tantum addo, quod vetera statuta,
mulier fuerunt mitiora & humaniora, recentioribus.
Nam olim sacerdos ducens uxorem, ab
ordine tamum remouebatur. Nunc autem car-
ceribus puniuntur, & vita priuantur sacerdotes,
uxores ducentes, id quod multa exempla hoc no-
stro seculo testantur. Hac autem crudelitas, re-
spendet ipsis Demoniorum doctrina x Timoib:4.
Diabolus enim est mendax & homicida. Sem-
per coniuncta sunt, falsa dogmata & crudelitas.

XX.

RATIOCINATIO.

EX STATV PONTIFICIO.

Opes Ecclesie sunt conseruanda.

Sed si sacerdotes Pontificij, vivere deberent
in Coniugio honesto, tum Opes illae Ecclesiastice
attenuarentur, nec tot persona ad eas accessum
haberent.

Ergo sacerdotes Pontificij debent abiurare
honesta coniugia.

Respon-

SACERDOTVM.

Respondet. Maior est indistincta. Addendum enim est: Non contra Dei verbum. Nam opibus Ecclesie studere, contra Dei verbum, cum exitio animarum, & scelerum adauertione, non est licuum. Non itaq; quoniam modo opes Ecclesie conservande sunt.

Deinde Minor est fallacia secundum non causam ut causam. Nam non sunt facienda mala, vt enemant bona, teste Paulo. Præterea non est vera Minor. Nam usum fructum tantum perciperent sacerdotes coniugati, Possessio-nes autem manerent Ecclesie, nec ab aliena-rentur.

Quod autem pauciores opibus Ecclesie frui possent, id quog; non tollit IVS DIVI-NVM. Nam in Papatu plerumq; sunt opulen-tissima Ecclesie. Deinde satis numeroosa personæ fuisse possent, si iusta proportione earum opum fieret distributio, hoc est, vt fuci ignavi, non plus absumerent, quam apicule laborantes. Insuper necessaria persona, pia, eruditæ, laboriosæ, ad o-peras Ecclesie, verbo Dei comprehensas, deli-gende ac sustentandæ essent, inutilibus, ociosis, impotius, impiis, decoctoribus, remotis. Sed Antichristus non debet audire licet sit reuelatus, donec adueni Christi, suum iudicium subeat.

Bb 2 RATIO